

Bernhard Barnstorff

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Bernhardus Barnstorff ... ad
Exsequias, Quas ... Viro-Iuveni Dn. Immanueli Hamel, Cöslin-Pomeran. S. S.
Theol. Studioso, Conterranei Eius Studiorum Gratia Hic Degentes Pomerani
Hodie paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat :
[Sub Sigillo Rectoratus Anno Christi 1695. d. 13. Decembr.]**

Rostochii: Wepplingius, [1695]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777516446>

Druck Freier  Zugang





II - 156*i.* 21.

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
BERNHARDUS
BARNSTORFF
MED. D. P. P. ET POLIATER



ad Exeqvias,

QVAS

PRESIDENTE, PRÆSTANTISSIMO AC
SERATISSIMO,
VIRO - JUVENI

DN. IMMANUELI
HAMEL, Coslin-Pomeran.

S. S. Theol. Studio,
CONTERRANEI EJUS STUDIORUM
GRATIA HIC DEGENTES
POMERANI

*Hodie paratas cupiunt,
Omnes omnium ordinum cives Academicos
Sedulj ac officiose invitati.*



Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII Univ. Typogr.

II - 156121

N Academia, sede illâ omnium bona-
rum artium beatissimâ, ita tamen infeli-
cem esse, ut in mortem ipsam incidas,
non tam res flebilis, quam perturbata &
inconveniens videtur primo obtutu Rati-
oni. Annon mittuntur eò juvenes & mul-
to adhuc sanguine incalescentes & corpo-
ris viribus valentes? Annon ibi cernit
vitæ fiduciâ ita sibi confidentes, ut à mor-
tis sive opinione sive metu sint remotis-
simi? qvis vitæ sibi finem tam mature im-
minentem in Academiâ persuaderet? Senibus modò, qui præci-
pitâ jam sunt ætate, aut iis, qui naturali quadam subinde valetu-
dine confitantur, illud triste vivendi genus obtingat, ut in mor-
tis meditatione sint frequentissimi! juvenum verò gloriam aut ani-
mum ita frangere atque prostertere velle, nec naturæ eorum nec
studii satis convenit. Ita enim & voluptas vitæ magnam partem
interiret, & literarum amor facile remitteret. Alacriorem esse
oportet animum & liberiorem, qui librorum vel moles evolvere,
vel disciplinarum vastissimum campum percurrere decrevit. Re-
futura fortis est, post vitam demum adimplenda, quæ à morte
expectatur. Vitam verò præsentem quemadmodum non ita pri-
dem ingressa est juventus, ita tale quoque sui desiderium animis
illa altius infigit, ut potissimam curæ & culturæ partem occupet.
Neque enim tantæ difficultatis æstimandæ sunt fidei res, quam quæ
mundus suis recessibus habet reconditas. Fides namque credi-
tur firmissimâ animi persuasione confistere, quam facile concipi
posse, etiam paucis ante obitum momentis. sibi habent vulgo
persuassimum. Ad vitæ verò hujus commoditatem aliquando ob-
tinendam aut tuendam, quantò non subsidiorum apparatu opus?
quibus curis non est animus distrahendus? (& quæ occu-
pationum genera non hic objiciuntur?) insuper volup-
tati etiam quid dandum est, ut paululum relaxetur animus,
nescio quo tandem ludorum genere. Adeò intempestivè mors in
Academiis videtur juvenum studia interpellare, ut nec inopportu-
niore pede incedere, nec inopinatius animum opprimere posse ex-
istimat

stimetur! Et quis Parentum aut propinqvorum consiliis ēō animo
Academiam accedit, ut vitæ suæ velit ibi finem facere? Meliora
præponere consultum est studiis suis, qvām ita abjecte de se sentire
& illa animo destinanda, qvæ in usum vitæ hujus amplissimum se
diffundere possunt. Neq; videnti sumptus in Academiā fierent, ni-
si spes esset omnium fore, ut per omnes vitæ partes diu longè latē-
que utiles evadant viri in Republicā optimi & undique laudabi-
les. In Academiā scilicet, tanq; vam felicissimā bonarum artium mer-
teturā, illi thesauri, illæ opes explicantur, qvæ & oculos & animum
in se convertunt mirabiliter. Non qvæ sunt nullius pretii, non
proletarii sermones, non nugaciora aut ventosa hīc proponuntur
& traduntur, sed qvæ sunt sublimioris ingenii, qvæ sunt exqui-
sitæ sapientiæ & ad usum vitæ magis spectantia, paucis jura
divina & humana omnia tām facili ore, tām promptā volun-
tate in medium adducuntur, ut in animum magis influere qvām
præcipi videantur. Hic sapientiæ fontes aperiuntur qvām latiss-
mè: Hic lingua, hic mores, hic qvieqid ad hominis cultum
laudem aliquam Confert, & præcepta & commendationem sui
accipiunt. In tantā verò voluptatum & studiorum varietate,
qvā afficiuntur animi, qvis seriat mortis meditationi locum apud se
relinquit? Annon sapientia potius in illis bonorum partibus po-
nitur, ut velut medicina & anti dotum mortis habeatur? Ast quid
mortem erat ille, qui adversus eam satis præsidio est instructus, aut
qui se à mortis incurssione per multa adhuc temporum intervalla re-
motum censem? jam disciplinæ ferè omnes, ut vitam tranquillam
agant homines, præcipere videntur, non ut mortis opinionem &
metum ageant. Theologia fidei præcepta fideliter inculcat, ne
scilicet qvicq; malū timeatur. Juris scientia suis ita legibus ad
vitam benē conservandam occupata est, ut mortem ceu rem à se
alienam ducat: Medicina id gloriæ sibi vertit, ut hominis vitam,
qvam tot salutaribus præceptis circumscribit, & morte removeat
qvām longissimè: Et Philosophia reliq; apparatus nonnisi vitam
hanc utilem, sapientem & ampliorem reddere conatur. Eam sa-
pientiæ speciem præferre videntur, qui tanq; juvenes in Acade-
miis mortis cogitationem freqventer subire recusant. Adeo sibi
molliter blandiuntur homines, ut modè securius in diem vivere li-

eat! Verum enim verò si quod vitæ genus ad mortis recordatio
nem præcipue accommodatum est, vitæ Academicæ illud esse haud
obscure intelligitur. Academia enim & mors quamvis magno à se
invicem intervallo distare videntur, non tamen ita dissident, quin
ad comparationem aliquam mutuò accedant. In Academiâ vanâ
esse intelliguntur omnia & speciosò modò rei titulò turgentia, quæ
cunque mundus præter sapientiam exhibet. Annon vero idem sa-
tis mors suis sive prodromis morbis sive exemplis ipsis declarat? Va-
nitas certè ita Morti præfixa est, ut non minimam in mortis doctri-
nâ paginam faciat. Vah! quam vanâ, quam fugacia à morte cla-
mantur omnia, quæ homines sibi ex mundi bonis possidere viden-
tur. Academia illud γνῶθι σεαυτὸν per omnes parres ita auditoribus suis
semp̄ obversari jubet, ut ad se prius redeant, si in sapientiâ pro-
gressus velint ex voto facere. Nihil enim æq; remorari solet ad
sapientiam contendentes, ac neglectum sui ipsius scrutinium.
At verò quid magis à morte præcipitur, quam ut homines in se de-
scendant, seipso excutiant, & cognitionem sui freqventer animo
revolvant: Nullæ planè hic homini vires superesse agnoscuntur,
quibus autē efferre animo, aut sibi ad veram vivendi rationem de-
esse debeat. In Academiâ veritatis omnisque fidei doctrina audi-
torum aures ita perspicue circumfluit, ut ad intelligentiam facilē
pervenire queat; Et mors quoque id serio agit, ut ad veritatis agni-
tionem reducantur homines, nimis alias à via recedentes, nimis
que vanâ sive sui sive rerum persuasione se ipsis milerè lactantes. Et
enim Mors seria res est, non utens blanditiis, non fraude,
non precibus flexibilis, sed æqvabilis veritatis tenacissima.
Hujus necessitas dum omnibus ineluctabilis incubuit, ejus etiam rei
omnes serio monentur, ut ad gravitatem & studia mores mature
suos componant. Revocantur hic ad examen exactissimum, quæ
cunque per vitam conscientia aut animus admisit; Excutiuntur et-
jam ea, quæ pietatis opinionem induerunt satis probabilem. Ad
fidem itaque, quâ solâ per sanguinem Christi superabilis est, mors
homines adigit, excitat, perducit. Tali enim fide, quâ jam in
æternam salutem transferimur, non opus fuisset, nisi mors per
peccatum supervenisset. Et quemadmodum in Academiâ studi-
orum cursus sò perducitur, ut tandem sistatur, & jam literarum
præmi-

præmium expectent studiosi variis muneribus præficiendi, unde honores, unde virtus subsidia acquiri possunt: Ita à morte illæ rebus nostris accessiones fiunt, quæ perfectionem ipsam, quâ nihil majus, nihil gratius exoptari potest, superinducunt. Ad eam enim per mortem elevamur sapientiam, quæ numerum & mensuram hujus imperfectionis mirum quantum! excedit; In eam vitam migramus, quæ verè demum vita est appellanda, à mali injuriis, à tristitia nebulis, imò à suspicione adversitatis omni longè alienissima. Ita mors fideles perficit & coronat, ut infinitis ferè parangis post se relinquit illam nullius planè momenti perfectionem, quam in bene merentes confert Academia. In Academia ergo vitam cum morte commutare gloriosum æque ac jucundum est. Ipsa enim studia cum vita absolvuntur in hac mortalitate, ut in meliorem eamque celestem vivendi transferantur animæ conditionem. Quid appositum magis esse posset, quam ex inferiori, quæ in terris est, Academiâ in celestem statim transmigrare? Succenseret ne ille, qui, dum candelam sibi in tenebris accendi curat, ad ipsum solis conspectum perveniret? Et quis indignè id perferre vellet, si pro plumbô aliquis rebus levibus, quas querit, ingentem auri copiam inveniret, inque ejus possessionem tutò concedere posset? gratulandum potius illi est, cui tam beatè ex Academicis studiis in celestem abire gloriam contingit. Associabitur enim ita panegyri infinitæ multitudinis, quæ sanctitate, quæ gloriâ fulget coram Deo ineffabili. Accedit illam justorum coronam, qui jam perfectione fruuntur æternâ, deposita omni fragilitate, abjectisque querelis quam longissimè; Paucis, ex perfectione, quæ hic incipit, transit in perfectionem omnibus suis numeris verè absolutam. Quid convenientius contingere posset? Quia cum sint tantæ voluptatis & gloria, nescio an magis deplorare, quam gratulatione Defunctorum jam nostrum prosequi suadendum sit. Felices forsitan se illi estimant, qui adhuc superstites proposita sibi studia persequi in promptu habent; ast feliciorum deprædicabitnus, qui jam ex molestâ navigatione, superatis difficultatis fluctibus, opportunè admodum in celestis patriæ portum venit. Deflere tamen oportet nostram jacluram, quam ita fatis jam cedente beatè Defuncto nostro, facere coacti sumus. Ipsa etiam corporis nostri membra mutuò do-

lore afficiuntur, si quando alteri aut male est, aut planè casu quodam abrumptitur: Fuit sane civitatis nostræ membrum non ignobile *Defunctus noster*. Respiciamus ergo non ita siccis oculis fatum, quò tam bonus civis utilitati in Ecclesiam aliquando futuræ subreptus est. Audiamus jam, quantum ex memoriâ repetere possunt hujus rei periti conterranei. Civis nostri heu! desideratissimi orum & progressum. Annus agebatur MDCLXXII, cum primam lucem aspiceret Coslini oppido in ulteriori Pomerania satis celebri. Patrem agnovit virum doctissimum atque prudentissimum DN. JOACHIMUM IMMANUELEM HAMEL Notarium publ. Cæsar. Civem & Cerevisiæ coctorem Coslini nominatissimum; Matrem ex osculatus est feminam insignem pariter & optimam REBECCAM RUBACHIN ex familia ejus loci præcellenti & florentissimâ oriundam, cuius tamen aut Parentes aut maiores quo nomine omnes gaudeant, memoria satis labans jam non suggerit. Quos Parentes sicut in vita reverente semper amore, ita amissos acerbis lacrymis prosecutus est. Avum paternum habuit DN. ARNOLDUM HAMEL virum à secrétis quondam Serenissimo Episcopatu præstantissimum, Civem unique præfectum sive negotiatorem sive oenopolam apud Coslinenses magnisane nominis; Aviam paternam feminam egregiam ELISABETHAM Engelbrechts. Proavus ipsi exstitit paternus VIR Summè Reverendus atque Amplissimus DN. M. ADAMUS HAMEL, Professor primò Græcæ Lingvæ & Poëseos, deinde Generalis Superintendens Episcopatus Caminensis, Serenissimo qvondam Principi Coslinensi à Concionibus aulicis meritissimus, Pastor insuper Primarius Parochialis templi, dioceſeosque Coslinensis Præpositus & officii fide & auctoritate valentissimus; Proavia femina & genere & virtute admodum conspicua MARGARETA MARCI. Proavum maternum vel memoriam recolere potuit Virum præstantissimum atque integrissimum DN. MATTHÆUM ENGELBRECT, Senatorem Colbergæ, Salisque ibidem parandi Procuratorem, nec non ararii Provincialis Notarium suā ætate omnibus & charum & laudabilem. Proaviam vero maternam feminam insigniter modestam & claram ELISABETHAM Kolrepin. Hisce præclaris parentibus & Majoribus id etiam gloriaz accessit, quod Proavi Frater DN. DANIEL HAMEL, tantam si-
bi

bigratiā apud Imperatorem Rudolphum II. suā doctrinā suāq[ue] virtute peperit, ut non tantum intimi consiliū Cæsarei particeps factus, sed etiam cum omnibus suis cognatis in equestrem dignitatem evectus sit. Ex qvō jam *Defunctus noster* natus est, etiam eō flatim prospexerunt parentes optimi, ut ad fidem in JESUM CHRISTUM in baptismate renasceretur. Educationis deinde ita sollicitè curam gesserunt, ut præter pietatem omni literarum humanitate in Scholâ Patriâ animus imbueretur. Adultior factus Patris confilio Anno 1691. Sedinum eō animō concessit, ut in Scholâ Se[n]tatoriā majus subinde literarum incrementum caperet. Ubi quomodo & pietate & literarum eruditione profecerit, optimē nobis exponet ejus rei testis oculatus & Rector egregius VIR Præcellensissimus atq[ue] Clarissimus DN. M. GEORGIUS WEHLING, ita verò ille Cum bujus Juventis īdolē mibi satis sit explorata, probitas perfecta, industria probata -- denegare ipse & bāc in re (reddendo se testimonio) operam meam nec volui, nec honestē potui. Tēstior ergo cum pietati, modestia, verecundie, ceterisque, qua juuentutem ornant, ac commendant, virtutibus operam non mediocrem nādassē, obedientiam suis preceptoribus præstitisse; in literarum studiis omni animi contentione incubuisse, ac in hospitio liberali, qvō apud meum Dn. vicinum usus est, officio suo, quod à Pedagogo exigi potest, in omnibus satisfecit, quo circa à Dn. Hospite suo satis agrē dimititur. Hūc tandem delatus tanquam ad ipsam Sapientiā sedem id operā assidue dedit, ut & vitæ & studiorum rationem iniret omni ex parte laudabilem. Innotuit statim VIRO summe Reverendo, Amplissimo atq[ue] Excellentissimo DN. D. ANDR. DANIELI HABIC HORSTIO, Facult. Theol. Seniori celebratimo, DN. College atque Fautor i meo honoratissimo, ejusque consiliis & operā ita obsequenter usus est, ut nec major industria nec pietas requiri posse videretur. Frequenter scilicet interfuit collegiis, equā Virille optimus aperuit, tum Ebræo-Analyticō-Accentuatorio horis pomerid, tum Biblio tripartito, Historico scil. Chronologico & Exegetico in V. T. horā 7. matur. ut in magna laude & gratiā esse cœperit Quod morbam defuncti attinet, recitamus jam verba Viri expe-

experientissimi atque amplissim Dn. D. GEORGII KUSSIJ,
Amici atq; Fautoris honoratissimi, nihil in illius decursu singula-
re mibi observare licuit, eò quod pridie ante ipsius obitum, i sepius
mo sc. Dec. accessus demur fuerim, nisi quod ex hospita, eure
totum fere octiduum non dormivisse, atque praterlapsa nocte
perturbatum & solito inquietorem fuisse percepimus, inde collige-
bam nec ob deliria contigisse, qua & alii ejus amici & contemporanei in
eo observasse postea affirmabant. Interim pulsus celerior & linogue
siccitas, ejus interni non obscura signa praebebant, licet sicut eger non
admodum sentiret, nec de ullo dolore quereretur; tum virium &
rationis, dum ad interrogata haud inconvenienter respondebat
atque etiam preteritam noctem auctorum recordaretur, aliqualis adesse
videbatur constantia. Die Vlll. omnia eadem erant, qui ipsius sta-
tus ad vesperam usq; continuavit; exinde ob intervenientem quen-
dam casum motibus convulsivis continua & vehementissimis in-
opinato correptus fuit, quibus paulatim remittentibus horâ circa
decimam placide expiravit. Decessit ergo ille ex vita, qvi ut verè
viveret, ab ineunte ætate eò consilia animi convertit, qvò à mali
consuetudine, quantum in viribus esset positum, recederet. Re-
diit ille ad Dominum, qvi quamprimum morbi dolores sentiret,
illud cantici tanquam argumentum veræ pœnitentiae certissimum
plus quater ingeminavit; *Bin ich gleich von Dir gewi-
chen / Stell ich mich doch wieder ein / hat mich doch
Dein Sohn verglichen durch Sein Angst und
Todes·Pein.* Qvod jam reliquum est, Conveniamus,
Cives optimi, in funus freqventes eâ qvâ fas est humani-
tate rogo quæ loq;. Valete,

Conventus fiet in Æde Jacobea.

Sub Sigillo Rectoratus
Anno CHRISTI 1695. d. 13. Decembr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777516446/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516446/phys_0012)

DFG

bigratiam apud Imperatorem Rudolphum
 Virtute peperit, ut non tantum intimi co-
 etus, sed etiam cum omnibus suis cogni-
 tem enectus sit. Ex qvô jam *Defunctus*
 statim prospexerunt parentes optimi, ut a
STUM in baptismate renasceretur. E-
 licite curam gesserunt, ut præter pietate
 nitate in Scholâ Patriâ animus imbueret
 confilio Anno 1691. Sed in eō animo c-
 hatoria majus subinde literarum increme-
 modo & pietate & literarum eruditione
 exponet ejus rei testis oculatus & Rector
 tissimus atq; Clarissimus **DN. M. GEORGII**
 Cum bujus Juvenis indoles mibi satis si-
 spetta, industria probata -- denegare ip-
 se testimonio operam meam nec volui
 stior ergo eum pietati, modestia, verecui-
 ventutem ornant, ac commendant, viri
 ocrem navasse, obedientiam suis precep-
 terarum studia omni animi contentione
 liberali, qvô apud meum Dn. vicinum u-
 à Pedagogo exigi potest, in omnibus sa-
 Hospite suo satis agre dimititur. Huc
 ad ipsam Sapientiam sedem id opere assidue
 diorum rationem iniret omni ex parte la-
VIRO summe Reverendo, Amplissimo atq;
ANDR. DANIELI HABIC HORSTIO, Facu-
 rimo, **DN. College** atque Fautoris meo honor
 & operā ita oblique venter usus est, ut nec m
 reqviri posse videretur. Frequenter scilice
 Virille optimus aperuit, tum Ebraeo Analy-
 pomerid, tum Biblio tripartito, Historico
 egetico in V. T. hora 7. matut. ut in magna
 Quod morbam defuncti attinet, recit




Image Engineering Scan Reference Chart TE/63 Serial No.

D92

the scale towards document

doctrinâ suâq; e
 i particeps fa-
 trem dignita-
 est, etiam eō
SUIM CHRI-
 einde ita sol-
 arum huma-
 factus Patris
 in Scholâ Se-
 et. Ubi quo-
 optimē nobis
 R. Præcellen-
 G, ita verò ille
 probitas per-
 re reddendo
 potui. Te-
 que, qua ju-
 ven non medi-
 itisse; in li-
 sc in hospitio
 suo, quod
 circa à Dn.
 us tanquam
 vitae & stu-
 dotuit statim
 mo Dn. D.
 iori celebra-
 que consiliis
 nec pietas
 illigii, equæ
 aotorio horis
 ogico & Ex-
 esse cœperit
 verba Viri
 expe-